

S·O

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA



M.T. AKADEMIA KÖNYVTÁRA



KÖNYV-
TÁRA



M. T. AKADEMIA KÖNYVTÁRA

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

KÖNYV
TÁRA

Hac Fide


Oriens
Septentrio
meridies
I
B
occidens

Explicatio Plani.

Planum hoc in Latumia ordinaria Serviebat pro primis duobus gradibus, modo Servit pro primo gradu; repreſentat Portam Salamonis Templi, Cujus janua occluſa eſt. gradus 7 denotant illos gradus 7 qui in uſu fuere, qui autem modo Contracti ſunt in 3 gradus.

Pavimentum denotat omnes greſsus Latumi ita regulari debere, ut non niſi in ſemita juſtitiæ, et honoris ambulet. Duæ Columnæ I. et B. Significant duas Teſſeras in Chateceſi Comprehenſas, quorum autem Secunda non explicabatur Tyroni, ſed tantum Sodali. ∠ denotat Literam G. Tres Feneſtræ Spectant Orientem, meridiem, occaſum, ad Septentrionem enim nullam habebatur feneſtra. in Septentrione videtur Lapis Cubicus Crudus, qui pro Labore Tyronum Servit. reliqua inſtrumenta Latumica denotant partim juſtitiam, rectitudinem Cordis et animi, diligentiam et Solertiam, et præciſionem Securam.

Sol, Luna, et Stellæ denotant, quod die Sol, noctu vero Luna et Stellæ omnes greſsus et actus Latumicas luſtrent, hi ergo omnino juſti, honeſti, et boni eſse debeant. Splendens Stella denotat Supremam Sapientiam, quæ illuminat □, quæ edocet Semitas juſtitiæ. tandem peripheria denotat taciturnitatem.

M. T. AKADEMIA KÖNYVTÁRA

□ Budenſis


oriens
septentrio
IEHOVA
meridies
occidens

Explicatio Plani.

Planum hoc in Systemate antiquo serviebat pro 3o. seu Magistri gradu, modo vero constituit 2um. seu Magistri et Scotensis gradum.

Tumba repraesentat Tumulum, & Calvaria Caput Magistri Hyram.

Jehova est Nomen Sanctissimi Tumbae inscriptum.

Semitae tres denotant gressus quos Magr. Hyram ipse suae interfectionis, intra tres portas confecit. ad cujus memoriam in antiquo Systemate neo recipiendus Magr. similes et trans corpus jacentis alterius Magistri gressus formare debebat.

Mons ad Dextrum denotat collem in quo M. Hyram per tres sicarios sepultus fuit.

Videntur ibi frons acaciae, quae per alios MM. extracta in radice sua cruce inserta fuerat, et dein cum corpore M.ri ad Templum Salamonis deportata, supra Tumbam ipsius deposita fuit.

Circa Tumbam videntur Lachrymae Fidelium Fratrum M. pro amisso tanto Viro. Novem Candelae elevant .. .. .. ignis. Circulus fuit instrumentum M. quo ille solebat labores Sodalium & operum metiri.

□ Budensis.


N